

1516 In initio  
in fine Anni.

413

Petrus Thomicki Episcopus Bremisliensis,  
Vicecancellarius — Christophorus de Sy-  
dowice Castellano et Capitaneo Cracoviae  
Regni Poloniae Cancellario —

129  
M D M<sup>o</sup> Magno Domino etc.  
Multis diebus Dominus Archiepiscopus  
post suum adventum, dissimulavit quā  
causā impulsus, huc venerat, tenens huc  
atque illuc, postremum tandem declaravit.  
Nam collaudata imprimis multifarie, Filius  
Ducis Silesiae, suadere cepit regi  
ut vel illam, vel matrem uxorem duceret,  
utque Reguncula nostra, illis pueris Du-  
cibus locarentur. Inponens inde magnū  
regi suo et Regno emolumentum, quōd  
videlicet tanta illic dos accipi posset quan-  
ta fuit defunctae Reginae. Denique hanc  
futuram potissimam occasionem, incor-  
porandi Regno Ducatum Silesiae,  
Cum vero illi mōdas Regia, De his, quas  
Dominus Cardinalis Garzensis, vestro  
regi nominavit retulit, Dixit, se comper-

tu habere

Matrimonium Regium.

se compertum habere. De Illa quoque est Nea-  
poli, Nepte ex Sorore Regis Catholici,  
habente annui proventus 70. millia au-  
reorum, et quae etiam prius Cesari fuit  
in matrimonium secreto ordinata, Bre-  
terea, neptem ipsius Caesaris, quae est in  
Burgundia etiam laudavit, et asseruit  
ambaram esse honestissimum Commu-  
nium, tamen nullius utilitatis Regno  
idque modo cum inde Regia, non mecum  
pertinaciter agebat, non aliam puto per-  
suasione, quam quod illas sua, majorem  
utilitatis suae, ut prius, quam honestatis  
rationem habere deberet. Quae tamen ex  
Masovia qualis esse posset, maxime tam  
arctum vinculo, ut ipse vellet pueris illis  
cum sua inde conjunctis, vestra magnificentia  
plane intelligit. Haec quantum ex ipso  
inde Regia cognoscere potui, summa  
fuit tractatus ejus de matrimonio cum  
sua inde —

Ceterum communicavit me-  
cum, et hanc majorem causam adventus  
sui esse dixit, quod nunc Debitor existens  
supra 12. millia aureorum rogavit, adhuc

Cracovia

adhuc Cracoviae à m<sup>te</sup> Regia, ut in hanc  
 summam creditoribus, tam in Regno, quàm  
 hic in Lithuania, bona aliqua sua in-  
 scriberet, et locò istius inscriptionis Cla-  
 veno Skurieniewice teneret, usque ad re-  
 cuperationem ipsius Summe, sed iudas  
 sua id facere recusavit. Petiit etiam  
 Mareschalcatum magnã curã pro Wolski  
 suo. Commendavit Dominum Gliedzy-  
 leski, ad Coadjutoriam Episcopatus Chel-  
 mensis, ut futurum illi utilem Episco-  
 pum propter Sacras Literas, me quoque  
 tentavit Episcopum Titularem facere, ut  
 meum resignarem Domino Lathalski,  
 et in compensam acciperem bono aliqua  
 in Archiepiscopatu, usque ad propinquo-  
 rem fortunam, locò quoriam bono ac-  
 ceperet Ipse tandem in beneficiis ab ipso,  
 Domino Lathalski, Narravit insuper mi-  
 hi, velle se ut Filius naturalis m<sup>te</sup> Re-  
 gis crearetur Episcopus, in Hungaria.  
 Dixitquè se jam fundamenta hujus rei  
 bona isthic jecisse, et si adhuc eo ire de-  
 bebim, absque Dubio conjecturum etiam  
 reliquum —

Quod totu non

acovae

Quod totum non alia ra-  
-tione fit, nisi ut beneficia omnium inter-  
-cipiat. Habebat primum huc veniens a-  
-nimus Episcopatus hos visitandi, De-  
-mum mutata sententiâ profectus est  
in Camerico, iturus Demum Leopoldum  
ut Synodum illic celebret, et petat à Cle-  
-ro illo subsidium pro impensis suis Ro-  
-manis. Quod etiam est in Synodo sua  
facturus. Promisit tamen se huc in verum  
rediturum, si Hungariam non mitteret.  
Sed quantum intelligo, necessarium erit  
ut vestre Dominationes illuc mitterentur,  
quando Generalis Conventus celebrari  
debebit. Nunc quod ad matrimonium mdy  
Regie adinet, quia nihil certi Domino  
Archiepiscopo respondit, promisitque sibi  
nihil in hac re sine consilio ipsius, et alio-  
-rum Dominorum aggredi. Reliquit ei, et  
Duci nonnullam spem, locumque dedit  
variis artibus et modis fabricandis, quos li-  
-cet procul dubio credam, nullius momenti  
futuros, quantum nunc Ejus mdy animus  
intelligo. tamen ne quid proter spem ac-  
-cidat, quod Dominus Deus avertat, cura-

417

curavi sedulo, ut mīdā sua misisset Nun-  
tium ad Casaream mīdem, agendo illi  
gratias De benevolentia, et sollicitudine  
quam De matrimonio suo haberet, refe-  
rendo id ad relationem vestre mīficiae, Et  
quod pollicetur Ipsi Casare mīdi, nihil  
se facturam, absque scientia, et consilio  
Ipsius, sed excusante se mīde suā eō, quod  
ei singulariter nihil est vel scriptū, vel  
significatum. Effeci tandem, ut vestra  
mīficia suo nomine, quasi edocta à mīde  
sua, respondeat in hunc sensum, quem  
in Literis Regis intelliget, seu qui id par-  
tino, ut istā significatione aliquomodo  
stringeretur animus mīdis sua, nihil a-  
gendi, sine voluntate Caesaris, partim  
ut auctoritati vestre mīficiae consulerem.  
Quae cum fidem et observantiam meam  
erga se, nunquam alienam intellexit, quā  
alioquin in omnes, semper integram, et  
immaculatam gessi, queso, ne vel mini-  
mum Dubitet in me et constantia mea.  
Novi ego, Jam pridem hos, qui una manu  
pavem ostentant, altera occultant lapi-  
dem. Itaque frustra me, in viam aliam

Flectere nitentis

flectere niterentur, et ducere me aliter,  
quam incedere consuevi. Et quod ad id  
adinet, ut aliqui, aliter interpretari de-  
berent, coram me, affectum et favorem  
Vestri magnificentie erga me, adhuc quidem  
nichil memini mecum actum esse, tenta-  
tum me tamen memini, sed frustra, et  
fortasse si, qui hoc facerent aggressi, cum  
me a tenore meo seducere non potuerunt,  
aliquid eorum coram Magnificia Vestra lo-  
cuti sunt, que mecum etiam, prius lo-  
quebantur, ut est mos eorum, qui se per-  
fidia magis, quam industriam faciunt  
prudenter, Curia practicos, a quibus ut-  
cumque familiaritati meae se insinuan-  
tibus, semper mihi cavi, nec aliquid eor-  
um verbum in animum meum admisi. Cre-  
dat firmissime vestra magnificentia, quod, ut  
ante hac consuevi, sic et nunc quaecumque  
ad dignitatem et res ejus, simul ac Fratris  
ipsius, pertinere intelligo, ea non minus  
meo studij et cure mihi sunt, quam mea  
propria, nec aliter unquam comperiam.

Hic, usque huc, nulla spes  
apparet Baci, vel rei bene gerenda, sed ne

1570  
419  
sed ne cogitatio quidem est ulla, Ervinde  
scire non possum, quando futurus est finis  
malorum istorum, vel quomodo illa De-  
inceps propulsare Debeamus —

Militēs etiam nostri, non  
contenti De eo, quod actum est cum Roth-  
magistris, magnam inter se seditiōne  
fecerunt. Obligaverunt primum ipsos Roth-  
magistros, ac demum se invicem sponsio-  
ne fidei, et honoris, ut nullus, nisi exolu-  
tō eorum stipendio, audeat ad mēdem  
Regiam in quacunque ipsius necessita-  
te venire. Gratevea, ut omnes huc rur-  
sum post Festum S<sup>ti</sup> Joannis Bap-  
tistae in Quatuor Hebdomadis conve-  
niant, ad reliquum stipendij sui exigen-  
dum. Quae res, ut furpis est et indi-  
gna, sic mēdi Regiae, longē molestissima.

Nuntii Domini Ducis Treu-  
cincensis, quā causā huc venerint, non  
incognitum est Vestre Magestati. De-  
crevit mēda Regia, ad Illam Fratrem  
mēdem mīdere, Dominum Karnkowskī  
in his rebus, quasi patrocinatum Do-  
mino Vayvode, nihilominus tamen vult,

ut Declaretur

ut declaretur soli Illi mudi, id eo fieri, quod  
se mudi sua, honeste excusare non potuit  
Tamen quod nequaquam vellet rebus, et  
dignitati suae Fraternali mudi Deesse,  
Dominorum nulli id significare potuit  
ne quō pacto Dominus vajvoda intel-  
ligeret —

Nos jam hinc versus vil-  
naw, solvimus illuc procul dubio tan-  
tisper acturi, donec aliqua pars se of-  
ferret. Interim agat oro vestra majestas  
id quod expedire arbitrabitur, in rem  
matrimonij mudi Regie. Sicut enim quod  
interdum male artes sunt potentes —

Regina Francie vidua  
que est in Anglico, non videtur etiam  
prætermittenda, quod connubium esset  
valde et honorificum et utile, nec Cæ-  
sarea mudi ut suto contraveniret —

Alia, que hic acta sunt,  
dicet abundi Vithvrenski — Commen-  
dome gratie vestre majestatis — Quod  
optime valere desidero —

